



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Leorini Silesii Etesiae, siue Apinae  
Therinae**

**Reusner, Nikolaus**

**Lavingae, 1581**

**VD16 R 1419**

XLII. Tycho Brahe Eq. Dano.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12434**

*Si vultis tamen esse, quod estis, spontè fauente  
Principibus suis, comprecor ipse, meis,  
Nam Solis radios, & mites ætheris auras  
Quæ gerit in siluis Cynthia, tela notant,  
Si faciles auræ sint, telaque lucida Solis:  
Venatrix nemorum spontè Diana fauet.  
Tunc nemora indigenæ Fauni, Nymphæq;  
Gaudent: semidei, semideæq; duces.*

XL.

Ad Paulum Melissum

EQ. & Com. Pal.

*Desipere est, hosti non posse, & velle nocere.  
Si potes, & non vis, PAVLE, nocere, sapite.*

XLI.

Ad Ioan. Sebastianum

Schertelinum à Purtebach. EQ.

*Si fas est violare jus cuiquam:  
Sit fas hoc violare, promerendi  
Saltem causa hominis, SEBASTIANE.  
Lex hoc summa necessitas requirit,  
Ac dilectio sancta, cæteròquin  
Semper est pietas magis colenda.*

XLII.

Tychoni Brahe EQ. Dan.

*Nec timeam, nec ego timear quod, rursus utrumq;  
Crux est. multa timet, quem, TYCHO, multa  
(timent.*

XLIII.

Ad Conradum Teufelium  
à Pirccense, EQ. Consil. Pal. & Prae-  
fectum Gundelfinganum.

*Frena piger bos optat, & optat aratra caballus:*

*Sic sua fors odio cuilibet esse solet.*

*Seu ratio dedit hanc, seu fors objecit amica:*

*Contentus nemo vivere sorte cupit.*

*Qui ruri vivit, viuentes clamat in vrbe*

*Felices: urbis rus habitator amat.*

*Sic miles querit mercari: militiaeque*

*Premia mercator puluerulenta sequi.*

*Sic nemo sua, sed laudat diuersa colentes:*

*Ac, quod habet, nemo sic satis esse putat.*

*Si sit eques quisquam: comes, aut dux esse laborat:*

*Si dux, rex: si sit rex, cupit esse deus.*

*Felix ille, quod est, si quis vult esse: nec optat*

*Amplius: ille sui vivit ubique potens.*

XLIV.

Hieronymo Reufnero

Leorino.

*Nec mundus capit iste duos, HIERONYME,*

*Nec regnū dominos, vel dom<sup>o</sup> vna duos. (Soles:*

*B 9 A*